

IX. *Eres*. 178. Arab. *Ers*; PINUS. Quae *ZANAYBAR*

hisdem. Ea; triplex: I. Magna f. mas, nempe PINUS SYLVESTRIS. C. B. Pin. 491. II. Fœmina major, quæ PINUS SATIVA C. B. Pin. ib. III. Fœmina minor, quæ PINUS SYLVESTRIS, MONTANA, TERTIA. C. B. ib. PINUS SYLVESTRIS, CEMBRO. Matthiol. Ital. Venet. 1604. fol. p. 114. Latin. Ven. 1570. fol. p. 88. Posteriores duæ in Suecia non reperiuntur, nisi in hortis Regiis, & magnatum.

Arborea *Arafin*, quæ in libris Moïsi, Regum, Psalmorum, & Prophetarum, multis efferuntur laudibus, exegeta Sacri, & omnium gentium peregrinatores cedros esse volunt coniferas, quas in Libano olim fuisse putant frequentissimas, licet hodie ad exiguum numerum sint redactæ. Crevit hoc præjudicium eo usque, ut novitatis culpam vix effugere posse videatur, qui a recepta opinione quid diversum adferre sinit. Nos igitur, nemini quidquam præscripturi, quædam proponemus, quæ *Arafin*, non cedros, sed PINOS esse, nisi fallimur, satis clare ostendant.

Si Rabbinis credimus, quicquid fere arborum silva & agri producant, *Arafin* fuerunt. Viginti numerant species, ait Buxtorfius, Talmudici autem decem duntaxat. Hæc, ut ab omni ratione aliena, suis auctoribus relinquitur. Arabes potius audiendi, qui e sapientium libris, & naturæ diligenti observatione de plantis rectius instituti, vera & utilia sapissime monent. His

Arafin nomen generale est ad *pini* species designandas. De

De arbore *Arafin* hoc modo loquitur Abil' Fadli:

Arafin هو شجر المنور وسيد كل
نوعه في حرف الصاد ان شا الله

Arafin est arbor *Zanaybar* (Pinus) cujus quoad
omnes ejus species, mentionem facimus, sub lit. z, f. Deur
volet. Loco condito hoc modo pergit:

شجر عظيم مثله الجبال والبلاد
الباردة وهو ثلاثة اصناف نكر وانشي

Zanaybar (Pinus)
علي تسمين كبير وصغير

est arbor magna. Gignitur in montibus, & regionibus frigidis. Ejus tres sunt species, mas nempe, & fœmina major, æque minor. Hæc quidem satis concise, ut intelligi vix possint, nisi aliunde lux affulgeat. Ita fere colligitur, ubi nostris hominibus scribimus de rebus notissimis, in quibus necesse est harere externos, quibus non æque vel res illa, vel distinctiones notæ sunt. Unde factum, ut in his ipsis, de quibus nunc agimus, viri etiam eruditissimi multipliciter caspitaverint.

G 2

Pinus

BIBLIOGRAPHIA HUNTIANA / Form B — Botanical articles

Author(s)

[~~C~~^PCelsius, Olof ~~C~~]

Title

Pinus

[~~vide veron~~]

Abbreviated reference

~~Acta Lit. Sci. Sveciae. 3 ([4] ~~1733~~): 50-78. 1733.~~

Acta Lit. Sci. Sveciae 3([4]): 50-78. 1738 [1733]

MLP 37A

Notes